



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

20. An sit licitum tradere Tyranno aliquam Virginem deflorandam ad tuendam Rempublicam? Et pro firmando doctrina huius quæstionis aliæ in exemplum adducuntur, & infertur, quod quando Medicus, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Reipublicæ Hispanæ; cum qua Gallus bellum gerit:
sed lunt Ianuenies; quorum Republika cum Rege
Gallo amicitiam exercet.

12. Confirmatur hac veritas ex doctrina omniū Theologorū, afferentium quod quando capitū in bello iusto aliqua Cūitas pro hostiis habentū non sunt quoad bonorum directionem * peregrini

* Sap. his personis infra in Ref. 25, recitaner & curſam n eius §. 1.

mercatores, exterrit, hospites, & quicunque non sunt partes Reipublicæ hostilis, quamvis in terra illius inveniantur. Ita docet à Victoria Relect. de Iure belli, num. 36. & patet ex cap. Inno manne, de iure, & pace; & ibi prater veteres, ex notericis Canonitis, Canisius, Venatorius, Honorius, Citorius, cum aliis Theologis vbi saprā citatis; quibus adde Andream Duallium Doctorem Gallum, & Professorem Regium in inclita, & celeberrima Academia Sorbona in 2.2. D. Thome, tract. de Chari. q. 16. art. 5. ergo à fortiori necessario sequitur, in casu nostro non potuisse milites Gallos diripere bona mercatorum Ianuen sium innocentium, & actu Ianus habitantium. Sed ego plus addo in fauorem mercatorum Ianuen sium, & contra dictos milites Gallos, quod etiam si dicta naues essent Hispanorum, & adducerent merces Hispanorum, & simul merces Ianuen sium, si capti fuissent à Gallis, non possent isti retinere merces Ianuen sium; sed illa ipsi essent restituenda. Ita casum deci sum inuenio in terminis terminantibus, ut dici solet, à Georgio Braudachla Iuris cōsulto Vvestaphalo in Decade Consultationum post Historiam Pacificationum Austro-Hispano-Gallicarum, consult. 8. n. 28. fol. mihi 107. vbi sic ait: Si nauis Hispanica (flagrante bello inter Hispaniarum, Gallia Reges) merces partim ad Hispanos, partim ad Germanos, aliofve Gallos non hostes populos, pertinentibus, Oceanum pertransire, & à Gallis militibus caperetur, merces ista Germanorum, vel alterius tertij, non cederent. Gallis militibus, sed vel Germanis, vel dicto tertio, ad quem pertinent, essent restituenda. Ita ille. Quantò magis idem in casu nostro dicendum est, in quo naues captae non Hispanorum, sed Ianuen sium erant, & mercedem tertiij innocentis adducebant. Et idē hanc sententiam docet etiam in terminis Hugo Grotius, de Iure belli, lib. 3. cap. 6. num. 5. vbi sic aliter: Liquet & hoc, ut res aliqua, nostra iure belli fiat, requiri ut hostium fuerit; nam quae res apud hostes quidem sunt, puta in oppidis eorum, aut intra praesidia, sed quorum domini nec hostium sint subditi, nec hostilis animi, ex bello acquisiti non possunt, ut inter cetera Aeschinis dicto iam loco ostenditur, Amphipolim, quae vbs esset Atheniensium, Philippi bello in Amphipolitanos, ipsius Philippi non potuisse fieri; nam & ratio deficit, & ius hoc mptandi per vim dominij odiosius est, quam ut produci debeat. Quare quod dici solet, hostiles conferri res in hostium navibus repertas, non ita accipi debet, quasi certa sit Iuris Gentium Lex, sed ut presumptionem quandam indicet, quae tamē validis in contrarium probationibus possit elidi. Atque ita in Hollandia nostra iam olim anno 1338, flagante cum Asiaticis bello frequenti Senatu iudicatum, & ex iudicato in legem transisse comperi. Hac Grotius, cui adde nouissime R. Z. de Iure Feziali p. 2. sect. 8. §. 5. cuius libellus impressus est Lugduni Batavorum anno 1651. apud Philippum de Crois. Et ratio horum omnium est; quia vt docet Georgius vbi saprā & Ayala de Iure belli lib. 1. cap. 15. num. 15. ut res aliqua, nostra fiat iure belli, requiritur, eam hostium fuissi; nam quae res apud hostes quidem sunt, & in eorum navibus, castris, ciuitatibus, & praedijs inueniuntur, quarum tamen domini hostes ef-

fecti non sunt, illa per nos bello, & occupatiōne ad quia non possunt, sed tentio non hosti refici debent.

13. Dicere autem, quod ex culpa Capitanie Ianuen sium detentum est ad p̄zlium. Responde, quidquid sit de hoc nihil officere pro capi nōficio; nam eius culpa potuit quidem transferre mea in Gallos circa eius bona, non autem circa bona aliena innocentium, & tranferre eorum dominium in alios. Et ratio naturalis dicit, innocentem non esse puniendum ex culpa nocentis. Pena enim debet tenere suos auctores, & delinqentes, ut patet ex l. Sancius, C. de p̄nīs l. crimen fi. de p̄nīs op̄iam itaque quāsi. 4. cap. quāris de Corsifl. 4. cīm aliis vulgatis iuribus. Et hēc omnia superius dicit pro vertate scripsi.

RESOL. XX.

An sit licitum tradere Tyranno aliquam Virginem deflorandam ad tuendam Rempublicam? Et pro firmanda doctrina huius questionis alia in exemplum adducuntur, & in inferius, quod quāris Medicus, Chirurgus, vel alii expolitū se hinc, sed alij periculo absque urgenti consa medendi puderū fōminarū, &c. iunc est peccatum mortale. Et alij secū. Ex parte 11. tractatu 6. & Msc. 6. R. sol. 51.

5. 1. **A**ffirmatiū Respondet Ioannes Pontius in cur. Theol. disputation. 52. quāst. 5. conclus. 4. num. 25. vbi sic ait: Licit aliquando dicit interficere innocentem. Hēc videtur esse contra communem sententiam.

2. Probatur: quia posset contingere, quod non ipsius, & ipfimer, & Republika esset valē ne cessaria: vt si Tyrannus potens vellet destruere Rempublicam aliquam, quae resistere non possit nisi mitterent ad ipsum caput alius innocentis amputatum: in tali enim casu mox illius innocentis esset necessaria, ut conferuaretur Republika & filii ac parentes ipsius melius innocentis: sed omnino videtur de iure naturali licitum Republika ipsum in eo casu interficere: & quamvis vita hominis sit sub dominio Dei, tamen non ita, quin sicut potest Republika ordinare ut omnes fatentur, ut qui exponeret se etiam manifeste periculo mortis per salutem Republikae, sic etiam posset in casu præmisso interficere se ipsum. Hinc à fortiori patet, Rempublicam posse tradere innocentem Tyranno, ipsum interficere, cum alia & ipsum interficeret, & Rempublicam destrueret, aut redigeret in seruitutem. Quæ est sententia communior, huic vige-

3. Sed aliquis posset dicere talē virginem exp̄ni periculo proximo consentiēndi in copulam, & de lectionem, atque idē hoc eset exponere illam ad peccandum, & idē deinde de Mone sp̄cul. de Ensalme. sect. 2. cap. 17. num. 13. dicit quod virgens necessitas non facit quod possit exponere se periculo confessus in violationem legis, & quia nulla necessitas excusat, v. g. confessus in confessionem, vel in hæc sim. Quia inquit non potest quis habere propositum efficax obterrandi legem, dubitans an hic, & nunc sit eam obteruans, quia voluntas efficax alius finis excludit dubium retardans, vel impediens electionem, medium. Et hoc videtur docere Diuus Thomas quādislib. 3. art. 9 ad 3. & in 3. distinct. 17. quādislib. 3. art. 1. quādislib. 4.

ad 5. Sotus lib. 5. de iustit. q. 2. art. 5. ad 5. Medina
in summa. cap. 13. cons. 2. §. 9. & alij.

4. Respondeo ex virgente necessitate posse aliquem se exponere periculo, & occasione proxima peccandi: sed in nostro casu puella exponetur periculo peccandi virgente necessitate maxima, videlicet liberatio Patriæ, & tot cœdium, & furtorum, ergo.

Probatur maior ex verbis Basiliij Pontij de matrim.

lib. 5. cap. 35. num. 4. vt dicimus in materia de com-

petione, licet non expellere domo eam feminam,

& in potestate, quæ est occasio peccandi quando sine scâdo eiici non

potest, qua multorum tententia est; & absolu de-

cum, & in potestate Pœnitentis est non eiiciat, si alias sit recte deposita-

re. Securus est Basilius doctissimum Patrem Hen-

ricum Henriquez in sum. lib. 1. de sacram. pœnitent.

in hoc et. 3. n. 10. qui est quartus de sacramentis, cap. 2. 4. numer. 4.

Periculum quod extrinsecè adiacet, & tamen experimen-

tus est homo se facile ex fragilitate & incuria peccare

potest ad certum locum, vel alicuius societatem acce-

dit. Quod periculum quamvis in generali debeat

homo vitare, ab eo tamen cum in se ipso peccatum

non sit, sed peccati occasio, excusat alii-

quando per impotentiam moralem, quæ occasione

redit huic homini involuntariam, & non imputa-

bilem aut ob aliā notabilem causam excusat ne

statim viter occasionem. Et in comment. littera O.

huius reddit rationem. Quia impotens, & diffi-

cultas moralis excusat a voluntario, ac libidine a

peccato. Haec ibi plures alios authores me-

etiam citato adducit, & sequitur Pater Thomas Hur-

radus variar. tom. 1. tractat. 1. capit. 2. resolut. 1.

quibus ego addo Iacobum à Graffis de arbitrio. Con-

fesser, vbi sic ait: Quod si pœnitentis dicat, quod

illud, quando tergit femininam caula medendi potuit fe in

probabilis pericolo pollutionis, respondeat confessarius,

an te expouerit huic periculo abfè virgente

causa, & tunc est peccatum mortale, alias fecus, vt

quia erat necessaria mederi, & alias non erat. Mé-

dicus, & propositus firmiter se non consenserunt,

deletationi. Neque obstat si dicatur, qui amat

periculum peribit in illo, Ecclesiast. 3. Nam non

dicitur amare periculum, qui necessitate compulsius

in illud se coniicit, quia de Diuina misericordia con-

fidere meritò potuit fore ut maius sibi auxilium im-

penderat, quo à lapfu caueat. Et postea. Quod si hoc

procedit ex tactu ex sui natura illicito, vt in chirurgo

verenda feminæ attricante, multò magis id proce-

dere dicimus in pollutione præter intentionem sub-

fecuta ex tactu lictu, quando tactus illus est necesse-

rius, quia cessat periculum consensus. Enim verò

tunc caret culpa, & amplexus iuxta patriæ conœstudi-

nem, quo reculato incidet in notam in urbani-

tatis, ita dixit Thomas Sanchez lib. 9. de debito cor-

ingali disputat. 45. numer. 8. Hæc Graffius. Accedit

Emanuel. Sà ver. abf. numer. 12. & v. peccatum nu-

mer. 7. vbi sic ait. * Exponere se moriliter peccandi pe-

riculo mortale est, nisi causa aliqua excusat, vt pro-

ximi salus, aut necessitas aliqua, tunc enim sufficit

nolle peccare.

5. Item etiam docet Seraphinus Freyta in addit.

nouissima ad Augvnam de conf. sollicit. tom. 1. lib. 2.

par. 3. tractat. 19. document. 10. numer. 6. in fine, &

11. & St.phanus Baunius in Theolog. moral. Diuus Basilius

in constitut. Monas. capit. 4. qui virgente aliqua ne-

cessit, & causa, le periculo obicit, vei permitit

le esse in illo, cum tamen alias nollet; non tam dicitur

amare periculum, quam invitus illud subire; & ideo

magis proutidebit Deus, ne illo pereat. Dicendum

est itaque quod exponere se periculo salutis iuritua-

lis amittenda, quamvis peccatum sit non tamen

ex his peccatis est, quæ quavis circumstantia posse-

ta, vel detracta suam deformitatem retinent, sed

Tom. VII.

cuuius malitia pendet ab his, aut illis circumstan-

tis. Quare ea exposicio periculi culpa vacabit, quando ex magna fia, & virgente causa. Tunc enim non est amare periculum, sed amare ingens illud bonum, ad quod sine eo periculo perueniri non posset.

6. Sed his non obstantibus casum supradictum ego non admitto contra Ioannem Pontium ubi supra, maximè si puella tradetur Tyranno pro semper absque ipse reditus, & libertatis. Dicendum est itaque cum Lessio de iust. lib. 2. capit. 9. dub. 7. numer. 4. quod in tali casu puella non tenetur ire, unde nec Republica potest eam cogere, vel tradere, potest tamen ex virbe excludere, & non tueri neque enim cum tanto suo damno tenetur illam protegere, vel apud se retinere: & ita hanc sententiam docet etiam Dicastil. de iust. lib. 2. tractat. 2. disputat. 10. dub. 12. nun. 14. 2.

8. Verum pro curiosis, & in fauorem Ioannis Pontij non deferam hic obliterare, Ioannem Viversum de iustitia tract. 2. cap. 2. dub. 3. numer. 8. 7. non approbare in toutum supradictam Lessii sententiam, sic enim assurit; Ceterum non eadem hic videtur esse ratio Republicæ, & virginis, vt licet, quod scientiæ hæc non tenetur, in dñe nec potest ire ad Tyrannum, à quo praefit se violandam, ita nec possit Republica eam mittere, & tradere Tyranno. Declaratur, quia licet nullus debeat, aut licet possit accedere ad locum, vbi nouit sibi imminere morale periculum labendi in peccatum, tamen si iustum habeat causam accedendi ad locum, vbi præter suam intentionem nouit verisimiliter aliquem alium peccatum ex occasione prætentia illius, non tenetur idcirco cum suo grauiori incommodo abstinere ab illo loco: & si alter peccet occasione eius, non censetur hic id voluntis, aut ad illum cooperatus fuisse, sed le habuisse ad illud permissa duntaxat. Quare non videtur quoque Republica cum suo exitio obligata piæcavere illud periculum peccati, virginis, quod præter Republicæ intentionem euenerit, si in opere consensus eius accedit; quenadmodum & ipsa violatio contra intentionem, & voluntatem est Republicæ, qua tantum intendit se saluam conseruare, utendo iure suo in sicutendo talcm personam eo loco, vbi eius requiritur præsentia, vt Republica ab extermino liberetur. In ipso autem accessu quando virgo inuita ducitur, tunc ipsa non peccat, quia nec in violationem actuam, neque in eius perpetrationem censetur consentire. Quare videtur, quod assumptum objectionis negati possit. Tamen explicanda materia gratia per modum inquisitionis veritatis, non omnino per modum assertioñis haec dicta sunt. Hucusque Viversus, idcirco tu cogita.

RESOL. XXI.

An aliquando sit licitum in bello obsides occidere? Ex part. 6. tract. 4. Ref. 20.

§. 1. A affirmativè respondet Filliuciust tom. 2. tract. 29. cap. 9. num. 191. vbi sic ait. Licit in bello iusto etiam obsides occidere; si hostes fidem frangerint: ea enim conditione dantur, vt hostes fidem feruent; & altera pax & securitas ex bello habent non posset; nec hostes semel deuicti contineti possent in officio. Ita ille.

2. Sed contraria sententiam docet Bonacina de Rebus. disp. 2. queſt. vii. sectio. 1. p. 1. vlt. §. 3. num. 21. vbi sic assert. Possumus etiam occidi obsides, quibus non est data fides de salute; si comperti fuerint

L 1 no[n]censes.